

Udalricus Dux Brunsvicensis-Guelpherbyanus, vulgò Vuol-
fenbutelanus, Albertus Dux Saxo, Vveiffenfeldensis. Hen-
ricus Julius, & Franciscus Carolus Duces Saxo Lauen-
burgici, Christianus Vuilhelmus Marchio Brandenburgicus
Administrator Magdeburgensis. Rupertus, Eduardus, &
Mauricius Comes Palatinus Rheni. Aloysia Comitissa Pa-
latina Rheni, Vuelfgandus Guilielmus Comes Palatinus
Rheni, Juliaci, Clivie, Montium, & Neoburgensium Dux.
Christianus Augustus Comes Palatinus Rheni Dux Sultzb-
acensis, Antonius Udalricus Dux Brunsvicensis, Vuolfen-
butelanus Avus Augustissimæ Regnantis, Joannes Fridericus
Dux Brunsvicensis, Hannoveranus, Patens Augustissimæ
Vidue Vuilhelmina Amalie. Carolus Alexander Dux
Vvircemberg, Stutgardiensis S. C. M. Supremus Campi
Marescalus actualis, Elisabetha Amalia Landgravina Has-
so Darmstadiensis, Eleftra Palatina, Ducissa Neoburgens-
is, Mater Defunctæ Imperatricis Coronate Eleonore Mag-
dalene Theresiæ, Christianus Dux Megapolitano Soverinen-
sis, Fridericus Landgravius Hasso-Darmstadiensis Episcopus
Vvratislaviensis, S. R. E. Cardinalis, Fridericus Vuil-

helmus Dux Holstia Bekenfis S. C. M. Generalis, Joan-
nes Ludovicus Princeps Nojavio-Hadamarensis, Ferdinandus
Dux Curlandie, Leopoldus à Kolonisch S. R. E. Cardina-
lis, Archi-Episcopus Strigoniensis, Primas Hungaria, Go-
defridus Langoverth à Simeren Episcopus Teutonia Ec-
clesiæ Cathedralis Ratisbonensis Canonicus, illiusque Dic-
cessis in spiritualibus Suffraganeus, & Administrator. Co-
mes de Goz, Comes de Schulz, Comes de Harsch Sacre
Cæsareæ Majestatis Generales, Godefridus Adolphus Volufius
S. S. Theologie Doctor Suffraganeus Moguntinus, Petrus, &
Adrianus de Vvallenburg, Doctrina Controversistica, &
stemmate admodum Nobilis.

Omitto Personas plurimas, quæ exemplum cæteris dede-
re Acatholicis, ut quemadmodum ipsæ fecerunt, ita, &
reliqui faciant, dependet eisdem à vera fide salutis æterna
hominis: nequit autem esse vera fides nisi in vera Christi
Ecclesia, quam non esse aliam quàm Romano Catholicâ
convincunt certæ rationes, & motiva supra adducta: itaque
quicumque vult habere Deum tamquam Patrem, habeat Ec-
clesiam Catholicam tamquam Matrem.

Gloria sit JESU, sit Laus Æterna Mariæ, sit sine Principio,
sit sine fine Deo.

APPENDIX ALPHABETICA,

IN QUA

Bullas, & Constitutiones Pontificum in Supplementis Theologiæ Sa-
cramentalis, & Decalogalis R. P. Patritii Sporer, à nobis breviter
citatas, per extensum, & in terminis secundum Alphabeti ordi-
nem referimus.



Altare Privilegiatum.	Pag. 299
Beati.	360
Bulla Cœnæ Domini.	301
Casus reservati Regularium.	304
Clausura Monialium.	304
Communio quotidiana.	305
Confraternitas.	305
Decreta Sacræ Congregationis Rituum.	307
Ecclesiæ Ornamenta.	311
Exercitia Spiritualia.	311
Festum Immaculæ Conceptionis B. Virginis MA- RIÆ.	311
Immunitas Ecclesiastica Localis, seu Jus Asyli.	312
Indulgentiæ Regularium.	312
Indulgentiæ Archi-Confraternitatis Chordigerorum S. P. N. Francisci.	314
Indulgentiæ Festorum nostri Ordinis Seraphici.	315
Indulgentiæ Portunculæ: Hæc non suspenditur in an- no Jubilæi: Potest applicari pro defunctis, & obtine- ri toties, quoties.	315
Indulgentiæ pro Festis SS. Joannis à Capistrano, & Pa- schalis Baylon nostri Ordinis Seraphici.	316
Indulgentiæ Vitz Crucis.	316
Indulgentiæ Terræ Sanctæ.	317. & 318
Indulgentiæ Crucum, & Rosariorum Jerosolymitano- rum: Declaratio earundem, sicut etiam Crucum Ca- ravacensium.	318
Indulgentiarum & privilegiorum communicatio.	322
Indulgentiæ confratrum Chordæ S. Francisci, & Fratrum.	322
Tertii Ordinis de Pœnitentiâ.	322
Indulgentia Doctrinæ Christianæ.	327
Indulgentiæ Tertiariorum.	327
Libri ex Bibliotheca.	328
Litteræ Pœnitentiariæ.	328
Matrimonium Clandestinum.	328
Missæ Defunctorum.	328
Missæ in Ecclesiis Regularium.	328
Missæ in Oratoriis privatis.	328
Parochus.	328
Privilegiorum Communicatio, Confirmatio, Con- cessio, Declaratio, Revocatio.	328
Professio Fidei Catholica.	328
Propositiones Damnatæ ab Alexandro VIII. Baja- næ, Jansenianæ, Quesnellianæ, &c.	328
Regularium Reformatio.	328
Regularium Novitiorum Receptio.	328
Tertiariorum habitus.	328

positorum, extendit ad Altaria prædicta ad tempus privile-
giata: & non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus hebdo-
madæ diebus, nunc, & in futurum quandocumque decora-
ta, & iis plenarium locum habere pronuntiavit, tenore Brevis
sequentis per extensum positi, videlicet.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum fel. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor no-
ster, dubia in diversis mundi partibus, occasione de-
creti congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium
Sacris Ritibus præpositorum, die 5. Augusti, 1662. emanati,
& ab ipso Alexandro Prædecessore approbati de non
celebrandis missis defunctorum in festis ritus duplicis,
exorta, dirimere cupiens, aliud ejusdem congregationis
decretum, in una Novarien: die 22. Novembris, 1664.
editum approbaverit, quo declaratum fuerat. Anniversaria,
& missas defunctorum cantu ex dispositione testatorum,
quot annis recurrente ipsorum obitus die celebrandas,
tamen si dies obitus hujusmodi in festum Ritus duplicis ma-
joris incidere, non comprehendi in primo dicto decreto: ac
ulterius quoad Altaria privilegio Apostolico pro antibus
fidelium defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus
proinde quotidie etiam in festis Ritus duplicis, celebrandæ
essent missæ defunctorum ex obligatione declaraverit per
celebrationem missarum de festo Currenti, satisfieri injun-
ctis obligationibus, & indulgentias per ejusmodi privile-
gia Apostolica concessas animabus fidelium defunctorum in
purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratæ
fuisent missæ defunctorum ad formam dictorum privilegio-
rum, & aliâs prout in ejusdem Alexandri prædecessoris lit-
teris desuper in simili forma Brevis, die 22. Januarii 1667.
expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & suffi-
cienter expresso, & inserto habere volumus, uberius con-
tinetur. Cumque (sicut ad aures nostras pervenit) etiam
dubitetur, utrum dictarum litterarum dispositio quoad Al-
taria pariter quidem privilegiata sed non in perpetuum, nec
pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ missæ non ex
obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantur,
locum habeat. Hinc est, quod nos dubitationes hujusmo-
di ex injunctæ nobis cælitus Pastoralis sollicitudinis munere
dirimere pariter, atque decidere cupientes, de Vene-
rabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium
Sacris Ritibus præpositorum, qui rem maturè perpenderunt,
Consilio declarationem à memorato Alexandro Prædecessore,
sicut præmittimus editam, ad Altaria, ut præ-
fertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud
brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo
vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, nunc, & in futu-
rum quandocumque privilegiata auctoritate Apostolica tenore
præsentium extendimus. Et prout, ut missæ, quæ ibi-
dem de festo currenti, in quo missæ defunctorum celebrari
non possunt, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devo-
tione celebrantur, suffragentur, ita ut animæ Christi
fidelium, pro quibus celebratæ fuerint, indulgentias per privile-
gia hujusmodi concessas, consequantur in omnibus, &
per omnia, perinde ac si missæ defunctorum ad formam eo-
rundem privilegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, &
tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Decernentes
easdem præsentis litteras semper firmas, validas, &
efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros ef-
fectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissi-
me

APPENDIX ALPHABETHICA.

Altare Privilegiatum.

Declaratio Alexandri VII. Circa Altaria privilegiata, ex-
tenditur à Clem. IX. ad Altaria temporaneo privilegio
decorata.

Cum dubitatum fuerit, utrum Altaria temporaneo pri-
vilegio decorata, ad septennium nimirum, nec omni-
bus hebdomadæ diebus, gauderent iisdem privilegiis in-
dulgentiarum, & prærogativis editis in declaratione Ale-
xand. VII. fel. rec. Papæ circa Altaria perpetuè privile-
giata, Clemens IX. gloriosæ mem. Pontifex declarationem
præfatam ex voto S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus præ-

